



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola LXIX. Ioannis Papae VIII. Ad Landvlfvm Episcopvm Capvanvm.  
Monet vt consentiat cum Athanasio episcopo Neapolitano ad ecclesiae  
Romanae defensionem: & curet pactum cum Amalfitanis factum, ab ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA LXIX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD LANDVLFVM EPISCOPVM CAPVANVM.

Monet vt consentiat cum Athanasio episcopo Neapolitan

tano ad ecclesiæ Romanæ defensionem: & curet  
pāctum cum Amalfitanis factum ,  
ab ipsis obseruari.*Reuerendissimo & sanctissimo Landulfo episcopo Capuano.*

**Q**VANTO studio tua dilectio, tuaque benigna fraternitas erga defensionem, ac liberationem obsequiumque sanctæ Romanae ecclesiæ cui Deo auctore, culmine praefidemus, laborauerit, totisque nisibus cordis in parte nostri operis desudauerit; sedula reminiscimur procul dubio recordatione: tuaque ob hoc retributio, tam apud Deum, quam apud nos erit in promptu indubitanter parata. Quapropter, quia te valde idoneum in tantis habemus expertum, monemus, atque hortamur esse vnam in eum cum Athanasio Neapolitano episcopo in caussa præsenti Romanae ecclesiæ, quoniam liquidum scriptum in Salomone didicimus: *Funulus triplex difficilis erit;* eidemque nostro hortatu, & admonitione in omnibus fraternus auxiliator existere nunquam desinas, inter haec tua benigna fraternitate, & dilecti filii nostri Guaiferii principis, mediante, pāctum in decem millium \* mancuforum cum Amalfitanis eatenus fecimus, ut a Traiecto usque Centumcellas nobis nauali labore indesinenter auxilium ferrent. Sed haec tenus id in nullo demonstrauerunt: insuper quædam studio callicitatis astruunt: quia utrique abbates, Ioannes videlicet ac Anastasius, quos illuc ex nostra parte direximus, non in decem millium tantum mancuforum, sed in duodecim millium plaitasse, quod iidem abbates coram nostra præsentia non se fecisse iureiurando refellunt. Ideoque vestra eos prudentia, & ab hac iniulta petitione compescat, & in seruitio salubri commonitione confirmet: quatenus nostra benedictione positi, animo & corpore ex Christo Domino salui existant. Data ut supra.

EPI-